INCIPIT EPISTOLA DECRETALIS ELEUTHERI[1] PAPAE.

[H. 1] Eleutherus[2] episcopus universis ecclesiis per Galliae provincias domino militantibus in domino salutem.

Magno munere misericordiae dei totius ecclesiae catholicae multiplicata sunt gaudia, cum multos populos ad domini servitium festinare cognovimus.

Qua[3] de re necessarium iudicavimus vos instruere, ut escas, quas vitare[4] vos audivimus irrationabiliter, non respuatis. Scitis, fratres, legislatorem[5] docuisse omnia, quae creavit deus, erant valde bona. Et ipsa per se veritas ait: Non, quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quod exit de ore. Unde constat non debere refutare[6] [7] escas communes, quas deus ad cibos tribuit fidelibus suis. Et in actibus apostolorum de mundis escis legitur ita: Postera autem die iter tribus[8] facientibus domesticis cum[9] Petro et appropinquantibus civitati, ascendit Petrus[10] in superiora, ut oraret circa horam sextam, et cum esuriret, voluit gustare. Parantibus autem eis cecidit super eum mentis excessus[11] et vidit caelum apertum et descendens vas quoddam velut[12] linteum magnum quattuor initiis submitti[13] de caelo in terram[14], in quo erant omnia quadrupedia et serpentia terrae et volatilia caeli. Et facta est vox ad eum: Surge, Petre, occide et manduca. Ait autem Petrus: Absit, domine, quia numquam manducavi omne commune[15] et immundum. Et vox iterum secundo ad eum:

---

**Quellen:**

4: *Magno - gaudia*, init. Leon. M. ep. 104. (1,1143). Cf. Sixt. II. pp. 4, Fel. IV. ep. 1.
6f.: *ut - respuatis* sec. vit. Eleuth. c. 2. in libr. pontif.
7f.: *omnia - bona*, Gen. I. 31.
8f.: *Non - ore*, Matth. XV. 11.
9f.: *Unde - suis* sec. vit. Eleuth. c. 2. in libr. pontif.

**Rezeption:**

4-10: *Magno – suis*: Coll. Ans. ded. X,90.

---

[1] ELEUTHERII *V630;* ELEUTHERIS *I83*
[2] ELEUTHERIUS *V630*
[3] *am Rande* Quapropter *VD38*
[4] *am Rande* instruere docere *VD38*
[5] *am Rande* datorem *VD38*
[6] *am Rande* respuere *VD38*
[7] refutare *fehlt V630;* refutare *korr. aus* refustare *VD38*
[8] illis *N442; I83*
[9] cum Petro *VD38*
[10] petrus *korr. aus* petros *V630*
[11] *am Rande* quia mente terrena transcendit *VD38*
[12] velut *fehlt I83*
[13] *am Rande* dimitti subponi *VD38*
[14] terra *V630*
[15] *am Rande* sordidum *VD38*

Quae[16] deus purificavit, tu commune[17] ne dixeris. Hoc autem factum est per ter, et statim receptum est vas in caelum.

[H. 2] De[18] accusationibus ergo clericorum, super[19] quibus consulti[20] sumus, quia[21] omnes eorum accusationes difficile est ad sedem apostolicam deferre[22], finitiva[23] [24] episcoporum tantum iudicia huc deferantur[25] et[26] huius sanctae sedis auctoritate finiantur, sicut ab apostolis eorumque successoribus multorum consensu episcoporum iam definitum est. Nec in eorum ecclesiis alii aut praeponantur aut ordinentur, antequam hic eorum iuste[27] terminentur negotia, quoniam, quamvis liceat apud provinciales et metropolitanos atque primates eorum ventilare accusationes vel criminationes, non tamen licet definire, secus[28] quam praedictum est. Reliquorum vero clericorum apud provinciales et metropolitanos ac primates et ventilare et iuste finire licet[29].

Iudicantem tamen oportet cuncta rimari[30] et ordinem rerum plena inquisitione discutere

---

**Quellen:**

10-19: *Postera - caelum*, Act. apost. X. 9-16.
20-27: *De - est* sec. c. 4. conc. Sard. aut Ben. II. 401. III. 103. Cf. Vict. 5, Sixt. II. pp. 2, Iul. 12.
29-31: *Iudicantem - pleniter*, Ben. I. 400. aut c. 23. Angilr. (c. 1. et interpr. C.Th. II. 18). Cf. Iul. 16.

**Rezeption:**

20-24: *De – terminentur*: Polycarpus V,1,11 20: (*ergo* fehlt) (s. auch 42-52).
20-25: *De – negotia*: Anselm v. Lucca II,36; Polycarpus I,6,5 (20: *ergo* fehlt; 22 *huc* fehlt)..
20-27: *quia – est*: Deusdedit I,68 (21: *eorum*] *clericorum*); Bonizo IV,56 (21: *eorum*] *clericorum*).
20-28: *De – licet*: Ivo, Pan. IV,136.
20-31: *De – pleniter*: Coll. Ans. ded. III,120; Ivo, Decr. VI,316.
22-25: *et – negotia*: Gratian C. III, q. 6, c. 7 (s. auch 25f.; 27f.; Textarrangement: 1. 25f., 2. 22-25, 3. 27f.).
25f.: *quamvis – definire*: Gratian C. III, q. 6, c. 7 (s. auch 22-25; 27f.; Textarrangement: 1. 25f., 2. 22-25, 3. 27f.).
27f.: *Reliquorum –licet*: Gratian C. III, q. 6, c. 7 (s. auch 22-25; 25f. Textarrangement: 1. 25f., 2. 22-25, 3. 27f.).
29-31: *Iudicantem – pleniter*: Deusdedit IV,316 (31: *pleniter*] *pariter*) (s. auch 43f.; 48); Ivo, Pan. IV,119 (*pleniter*] *pleniter non esse iudicandum donec utriusque sit peroratum*).
29-34: *Iudicantem – conveniat*: Gratian C. XXX, q. 5, c. 11.
29-37: *Iudicantem ... fiat*: Deusdedit IV,362 (Inskription *Ex collectionibus Adriani papae ad Agilramnum*, der Text steht am Anfang einer Exzerptreihe aus den Cap. Ang., s. im einzelnen www.pseudoisidor.de/pdf/CA-Text.pdf, S. 34 Rezipierende Sammlungen zu Cap. Ang. 33.).

---

[16] Quod *VD38*
[17] commune ne] ne commune *korr. aus* commune *N442*
[18] *am Rande* De accusationibus clericorum *N442; V630; VD38*
[19] *interlinear* de *VD38*
[20] *interlinear* interrogati *VD38*
[21] *am Rande* Item de eadem re helutherius ita ait *VD38*
[22] *am Rande* denunciare *VD38*
[23] *interlinear* certa *VD38*
[24] finitivae *I83*
[25] deferantur *korr. aus* deferatur *V630*
[26] ut *I83; VD38*
[27] iusta *N442; I83; VD38*
[28] *am Rande* aliter *VD38*
[29] *am Rande* conceditur *VD38*
[30] *am Rande* investigare *VD38*

interrogandi ac praeponendi[31] adiciendique praebita[32] patientia ab eo, ut ibi actio ambarum partium limitata[33] [34] sit pleniter. [H. 3] Nec litigantibus[35] iudex prius sua[36] velit sententia obviare[37], nisi quando ipsi iam peractis[38] [39] omnibus nihil[40] habeant in[41] quaestione, quod proponant, et tamdiu actio ventiletur, quousque rei veritas perveniatur[42]. Frequenter interrogari[43] oportet, ne aliquid praetermissum[44] forte remaneat, quod adnecti[45] conveniat. Induciae enim non modicae ad inquirendum[46] dandae[47] sunt, ne aliquid praepropere[48] [49] agi[50] a quacumque parte videatur, quia per subreptionem[51] multa proveniunt[52] [53].

Nihil[54] tamen absque legitimo et idoneo accusatore fiat. Nam et dominus noster Iesus Christus Iudam furem esse sciebat, sed quia non est accusatus, ideo non est eiectus. Et

---

**Quellen:**

31-33: *Nec - conveniat*, Ben. I. 400. aut c. 23. Angilr. (c. 1. et interpr. C.Th. II. 18). Cf. Iul. 16.
35: *Induciae - sunt*, Ben. III. 184. (Act. ap. XXV, 16). Cf. Marcelli 8. (Fel. II. pp. 12. ix., Dam. 19).
36: *quia - proveniunt*, c. 34. apost. Cf. Fel. II. pp. 12. ix., Anast. I. pp. ep. 1.
37f.: *Nihil - eiectus*, Ben. I. 398. II. 381. (tit. c. 11. conc. VI. Tolet. et comm. ad Cor. I. 2. Ambrosio adscript. Tom. 2. app. 127). Cf. Dam. ep. ad Ital.
38f.: *Et - mansit* sec. Anast. II. ep. ad Anast. imp. c. 7. (H. no. 84).

**Rezeption:**

31-34: *litigantibus – conveniat*: Ivo, Pan. IV,104 (*iudex – velit*] *autem non prius velit iudex*).
31-36: *Nec – proveniunt*: Sentenzen c. 104 (31: *Nec*] *Non prius*); Anselm v. Lucca III,52 (31: *Nec*] *Non prius*); Polycarpus V,5,16 (31: *Nec – prius*] *Non prius iudex litigantibus* 33; *rei veritas*] *ad rei veritatem*).
31-41: *Nec – caelestia*: Coll. Ans. ded. III,182; Burchard XVI,30; Ivo, Decr. VI,317.
35f.: *Induciae – proveniunt*: Ivo, Pan. IV,103; Gratian C. III, q. 3, c. 3.
37f.: *Nihil – eiectus*: Gratian C. II, q. 1, c. 4 (37; *tamen*] *contra quemlibet accusatum*).
37-39: *Nihil – mansit*: Sentenzen c. 47 (37: *tamen*] *contra quemlibet accusatum*; 39: *mansit*] *permansit*); Anselm v. Lucca III,64 Polycarpus V,1,10 (37: *tamen*] *contra quemlibet accusatum*; 39: *mansit*] *permansit*).
37-39.: *dominus – mansit*: Ivo, Pan. IV,115 (39: *ratum* fehlt; 39: *mansit*] *permansit*)

---

[31] proponendi *VD38*
[32] *am Rande* data concessa *VD38*
[33] *interlinear* terminata *VD38*
[34] limitata *korr. aus* limita *V630;* linita *I83*
[35] *am Rande* contendentibus *VD38*
[36] sua velit] velit sua *I83; VD38*
[37] *am Rande* contradicere *VD38*
[38] *am Rande* finbitis transactis *VD38*
[39] peracti *I83*
[40] nil *O93; I83*
[41] in quaestione] inquisitione *korr. aus* inquesitione *VD38*
[42] inveniatur *V630;* reperiatur *VD38*
[43] interrogare *VD38*
[44] praetermissum] praetermissum ne *V630*
[45] *am Rande* adiungi *VD38*
[46] querendum *VD38*
[47] dandi *O93*
[48] *am Rande* valde festinanter *VD38*
[49] propere *VD38*
[50] agi *korr. aus* agit *VD38*
[51] *am Rande* deceptionem *VD38*
[52] *am Rande* accidunt *VD38*
[53] perveniunt *I83*
[54] Nil, *am Rande* Ut nihil sine accusatore fiat *I83*

quicquid inter apostolos egit, pro dignitate ministerii ratum[55] mansit. Nam si leges saeculi accusatores requirunt, quanto magis ecclesiasticae regulae. Docent enim terrestria et humana, quae sint ecclesiastica atque caelestia.

[H. 4] De accusationibus vero comprovincialibus[56] ita legitur esse statutum: Si quis super[57] quibuslibet[58] criminibus[59] quemlibet clericum pulsandum crediderit, in provincia, in qua consistit ille, qui pulsatur, suas exerat[60] actiones, nec aestimet eum alibi aut longius ad iudicium pertrahendum. Illi[61] vero, qui pulsatus fuerit, si iudicem suspectum habuerit, liceat appellare. [H. 5] Caveant etiam iudices ecclesiae, ne absente eo, cuius[62] causa ventilatur, sententiam[63] proferant[64], quia irrita erit, quippine[65] et[66] causam[67] profecto dabunt.

Proditoris vero nec calumnia nec vox audiatur. Nemo enim debitorem amplius potest cognoscere quam ille, qui iniuriam eiusque sustinuit nequitiam. Oppressis namque ab omnibus in cunctis subveniatur[68] causis. Haec omnia summopere sunt attendenda.

Nec criminatio minorum, quanto magis episcoporum, facile est recipienda dicente domino: Non sequeris turbas ad faciendum malum. Et alibi: Non suscipias vocem mendacii. Et in

**Quellen:**

40f.: *docent - caelestia*. Cf. Dam. 13.
42-45: *Si - appellare*, c. 7. Angilr.(interpr. tit. I. nov. Marciani). Cf. Fel. I. pp. 3, Iul. 12.
46f.: *Caveant - dabunt*, c. 30. conc. IV. Carth. aut Ben. III. 219. II. 363. aut c. 49. Angilr. Cf. Fel. I. pp. 5, Iul. 12.
48: *Proditoris - audiatur*, int. c. 2. C. Th. X. 10. Cf..
48f.: *Nemo - nequitiam*, c. 3. C. Th. X. 10. aut Ben. III. 253. i. f. Cf. Fel. I. pp. 5, Iul. 12.
49f.: *Oppressis - causis*, cf. Fel. I. pp. 4, Iul. 12.
52: *Non - mendacii*, Exod. XXIII, 2.1.
52-54: *Et - corde*, Anast. II. ep. ad Anast. imp. c. 2. (H. no. 84). Cf. Iul. 19.

**Rezeption:**

42-46: *De – appellare*: Coll. Ans. ded. III,100; Ivo, Decr. VI,318.
42-52: *De – malum*: Anselm v. Lucca III,28; Polycarpus V,1,11 (42: *vero* fehlt; 44: *actiones*] *rationes*; *causam*] *causam in synodo* [vgl. Note 57]); (s. auch 20-25).
43f.: *in provincia – actiones*: Deusdedit IV,316 (s. auch 48; 29-31).
45f.: *Illi – appellare*: Anselm v. Lucca II,82. (45: *Illi*] *Omnis*).
46-49: *Caveant – nequitiam*: Ivo, Decr. VI,319.
46-55: *Caveant – reservavit*: Coll. Ans. ded. III,184.
48: *Proditoris – audiatur*: Deusdedit IV,316 (s. auch 43f.; 29-31); Ivo, Pan. IV,87.
51-53: *Caveant – audiatur*: Sentenzen c. 103; Gratian C. III, q. 9, c. 2).

[55] *am Rande* dignum *VD38*
[56] conprovincialium *VD38*
[57] *am Rande* de quibuslibet rebus *VD38*
[58] quibuslibet criminibus *fehlt I83*
[59] criminibus quemlibet *fehlt VD38*
[60] *am Rande* peragat *VD38*
[61] Ille *V630; I83; VD38*
[62] cuius causa ventilatur sentenciam proferant quia *korr. aus* cuius *VD38*
[63] sententia *I83*
[64] proferat *O93*
[65] quippine] qui poene *V630;* qui nec *I83*
[66] et *fehlt I83*
[67] causam *korr. zu* causam in sinodo *VD38*
[68] *am Rande* adiuvetur succurratur *VD38*

Paralipomenon[69] legitur: Omnia corda scrutatur dominus[70] et omnem cogitationem novit. Homo vero videt in facie[71], deus autem[72] in corde. Et alibi scriptum est: Non potest humano condemnari examine[73], quem deus suo iudicio reservavit. [H. 6] Igitur omne pondus et circumstantia adversariorum nocumenta[74] per patientiam, fratres, comprimere satagite scientes, quia subversi[75] sunt huiusmodi et delinquunt[76] proprio ore damnati, quia, qui fratres accusant vel infestant, non[77] eos diligunt, sed magis neglegunt et peccant dicente apostolo: Dilectio proximi malum non operatur. Et alibi: Qui non diligit fratrem suum, quem videt, deum, quem non videt, quomodo potest diligere?

Nos enim humiles corde, ad ea, quae recta sunt, adiutore domino sapienter vinculo caritatis vobiscum[78] sumus constricti religionem[79] catholicam in omnibus fortiter defensantes. Improbis[80] probe[81] resistere non neglegamus, unde dictum est: Neglegere[82] enim[83], cum possis deturbare perversos, nihil est aliud quam fovere[84], nec caret scrupulo[85] societatis occultae, qui manifeste[86] facinori[87] [88] desinit obviare[89].

Huius[90] rei gratia universalis vobis a Christo Iesu commissa est ecclesia, ut pro omnibus

**Quellen:**

54f.: *Non - reservavit*, Isid. syn. lib. II. no. 86. aut Ben. III. 259. 373. aut c. 12. (bis) Angilr. (c. 51. ibid.). Cf. Alex. 7, Vict. 6, Fab. 17, Sixt. II. pp. 7, Euseb. 8, Iul. 19.
55f.: *Igitur - satagite* sec Hebr. XII. 1.
57: *scientes - damnati*, Tit. III. 11.
59: *Dilectio - operatur*, Rom. XIII. 10.
59f.: *Qui - diligere*, I Ioann. IV. 20.
61-65: *Nos - obviare*, conc. Later. 649. secr. II. (Mansi 10, 947). Cf. Fel. II. pp. 9, ep. Fel. ad Greg.
66f.: *Huius - neglegatis*, cf. Alex. 15, ep. Athan. ad Lib., Ioh. I. pp. ep. 1.

---

[69] Paralipomenon] paralipemonon *korr. aus* paralipemenon *V630*
[70] deus *I83*
[71] faciem *N442; I83*
[72] autem *fehlt VD38*
[73] *am Rande* iudicio *VD38*
[74] *am Rande* lesiones *VD38*
[75] *am Rande* depravati sunt *VD38*
[76] *am Rande* peccant *VD38*
[77] no *N442*
[78] nobiscum *I83*
[79] *am Rande* cultum *VD38*
[80] *am Rande* impacientibus malignis *VD38*
[81] *am Rande* pacienter perfecte *VD38*
[82] Neglegere *korr. aus* Neglere *N442*
[83] etenim *N442*
[84] *am Rande* nutrire protegere *VD38*
[85] *am Rande* suspitione *VD38*
[86] manifeste *korr. aus* manfeste *VD38*
[87] *interlinear* peccato *VD38*
[88] facinoris *I83*
[89] *am Rande* resistere contradicere *VD38*
[90] Hius *VD38*

laboretis et cunctis opem[91] ferre non neglegatis. Frater autem[92] fratrem[93] adiuvans exaltabitur[94], et allidens[95] dissipabitur. Quapropter relevate[96] [97] semper oppressos, corripite[98] inquietos[99], ut zizania[100] dominicam messem[101] non possit suffocare[102]. Data V. Idus Iulii Paterno et Bradua cc.[103] conss.

**Quellen:**

67f.: *frater - dissipabitur*, Prov. XVIII. 19.
68: *Quapropter - oppressos*, Iob. XII. 21.
68f.: *corripite inquietos*, I Thess. V. 14.
69: *ut - suffocare*, Leon. M. ep. 4. c. 2. (1, 615.) aut Ben. III. 52. Cf. Dam. de corep.
69f.: Not. cons. desumta ex vit. Eleuth. c. 1. in libr. pontif.

---

[91] *interlinear* auxilium *VD38*
[92] autem fratrem *fehlt I83*
[93] fratre *VD38*
[94] exaltabitur *korr. aus* exaltabetur *VD38*
[95] *am Rande* nocens *VD38*
[96] *am Rande* sublevate *VD38*
[97] relegate *N442*
[98] *interlinear* repraehendite *VD38*
[99] *am Rande* inpacientes *VD38*
[100] *interlinear* semina diaboli *VD38*
[101] messem non possit] non possit messem *N442; VD38:* non possint messem *I83*
[102] *am Rande* strangulare *VD38*
[103] cc. cc. *I83*